AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 93r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

exiuit animaduertit eum · & dixit his qui erant ibi · idem qui
simul erant ad ignem intus in atrio · Et hic erat cum ihu
nazareno · Ille autem qui foras exierat · hoc audito reuersus ita
ut illis contrariantib; quia non nouisset hominem · Iam & marc;
sic aut de eadem ancilla · Et cepit dicere circumstantib; quia hic
ex illis est · Dicebat enim non illi s: his qui illo exeunte ibi reman
serant · sic tamen ut ille auditet · unde redens · & rursus ad ignem
stans resistebat negando uerbis eorum · Deinde ineo quod iohannes
aut dixerunt · numquid & tu ex discipulis ei es: quod redeunti
& stanti dictum esse intelligimus · hoc quoq; confirmatur · non
illam tamen alteram ancillam quam commemorat in hac secta ne
gatione matheus & marcus · s: alium quem commemorat lucas
cum petro id egisse · Vnde iohannes dicit · Dixerunt & ei · Qua propter
siue postea quam illo exeunte dixit ancilla his qui secum erant in
atrio · quia hic ex illis est · hoc audito ille regressus est · ut se
quasi purgaret negando · siue quod credibile non auditur
quid de illo dictum fuerit · [illegible] cum foras exiret · & postea
quam redit dixerunt ei ancilla & ille alia quam lucas commemorat ·
numquid & tu ex discipulis ei es: & dixit · non sum · primam
illo insistente de quo lucas ait · atq; dicente · & tu de illis es ·
cum petrus ait · o homo non sum · Liquido tamen colligitur
collatis de hac re omnium euangelistarum testimoniis · non
ante iamiam sed o petrum negasse · s: intus in atrio ad ignem ·
matheum autem & marcum q; commemorauerunt exisse eum foras ·
regressum eius breuitatis causa tacuisse · Hunc iam de tertia
negatione inspiciamus eorum congruentiam quam matheum
solum explicasse meminerimus · Sequitur ergo marcus & dicit ·
Et p: pusillum qui astabant dicebant petro · Vere: & tu ex
illis es: nam & galileus es · Ille autem cepit anathematizare